UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VI. [i.e. VII]

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

ultabāt. Et de diſcipulis quidem dicit,
quòd publicationem ſubſtantiæ,cū vo Actor. 5
luptate acceperint, de magiſtris verò,
quòd iuerint à conſpectu concilij gau
dentes, vtpote digni habiti pro nomi-
ne Ieſu contumeliam pati. At de ſeipſo
ait:Gaudeo in paſsionibus meis pro vo
bis,& adimpleo ea quæ deſunt paſsio-
num Chriſti in carne mea. Et quid mi
raris,quòd in paſſionibus gauiſus fue-
rit,cum &morturus non ſolùm gaude-
bat,ſed et diſcipulos ad communionem
lętitię ſuę vocabat,quod ſanè excellen-
ter lætantis animę erat?Sic enim ait:
Gaudeo &congratulor omnibus vobis,
idipſum autem et vos gaudete et congra Philip. 2.
tulamini mihi. Et quid factum eſt dici-
to,quod tāto gaudio impletur?Ego em̄ 2. Tim. 4.
(ait) iam delibor & tempus meæ reſolu
tionis inſtat.

CAPVT VI.

SIc igitur ędificabant, alioqui nullus
ędificare poteſt parietem vnū,quē
lapidibus & calce extruit, ſi impediatur
& fugetur, illi autem etiam Eccleſias in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

toto orbe vbiq; extruxerũt, licet ligarẽtur, ꝑſecutionẽ ferrent, fugarent̃, ꝓſcriberentur eorũ bona, flegellis cæderentur, occiderentur, comburerentur, ſubmergerẽtur vna cum diſcipulis. Et ædificabant non lapidibus, ſed animabus & inſtitutis, quòd planè multo difficilius, quàm lapidibus extruere. Nõ enim par eſt, conſtruere ſenſibilem parietem, et animæ tantis temporibus à dæmonibus irritatæ perſuadere, vt ab inſania illa deſiſtat, et ad tantam perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, et calceis carentes, et vna veſte amicti, perque vniuerſum orbem currentes. Habebant enim adiutricem et commilitantẽ inuictam virtutẽ eius, qui dixerat: Super petram hanc ædificabo Eccleſiam meam, et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Examina quid ſibi hoc verbum vult, et videbis perſpicuam eius veritatem. Nam non ſolùm hoc mirũ eſt, quòd ædificauit eam per totum mundum, ſed quia inuictam fecit, et inuictam, licet tot bella inſurgant. Hoc enim eſt, quòd portæ inferi

Matt. 16. Eccleſia eſt inuicta

non

non præualebunt aduerſus eam, pericula ait, quæ mortem generant, pericula quæ ad infernum deducunt. Numera quot tyranni ab illo tempore aduerſus ipſam inſtruxerunt acies, quot grauiſsimas perſecutiones mouerunt, quo modo toto priore tempore, quando nouitia erat fides, & nuper plantata, teneræque hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Veſpaſianus & Titus, & poſt illum omnes vſque ad Beati Conſtantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij ſæuius infeſtabant Eccleſiam, infeſtabant tamen omnes. Quòd ſi qui ipſorum viſi ſunt manſueti, hoc ipſum quod reges manifeſtè in impietate erant, materia aliqua bellorum erat, cum alij eis adularentur, alij ſatagerent, vt aduerſus Eccleſiam bella ſuſciperent.

CAPVT VIII.

VEruntamen inſidiæ & machinationes illæ omnes, leuius quàm araneorum telæ diſcerptæ ſunt. Et ea quibus nos inuadebant & quibus inſidiabantur, citius fumo diſſoluta, puluere præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN